17 39

284. Parvum Vocabularium arabico-turcicum, Auctore Firischteh Ogli. ag.

286. Alcorani Pars XVII. h. e. Surata 21 et 22.
287. Alcoranus, arabice, cum interpretatione Persica interlineari minio exarata
Coranum hunc e castris Turcarum Viennensibus A. 1683. d. 2 Sept. felicissime expugnatis ut nobilissimum spolium reportavit M. Joh: Joach: Kaendlerus, legionis praetorianae in exercitu Saxonico Pastor, qui postea hunc librum S. G. Seebischio dono obtulit.
288 ~~continentur hoc~~ a) Isagoge Porphyrii in Arabicum translata per Athiroddinum Abheriensem, una cum comentario. vid. Herbelot p: 11 et 145. b) Tractatus parvus grammaticus, Auctore Ahmed, F. Abijezid Bardiaco. Ibid. p: 188 S. G. Seebisch

290. a) Mysticus Libellus auctore Mohioddino Mohammede fil. Ali f. Mohamed, f. Al Arabi, celeberrimo inter Doctores Sofi. vid: Herbelot: p: 121. b) Libellus metricus Cotrobi Basrensis, vocatus Mothalaton, i. e. Syllabus triliterarum vocum, quae pro triplici vocali primae radicalis tres habent distinctas significationes. Usus est illo Golius in Lexico arabico. 3) Eaedem voces triliterae in prosa explicatae, et numero plures, quam in praecedenti Syllabo, auctore Imamo Al Korthobj, i. e. Cordubensi in Hispania. — S. G. Seebisch.
291. Codex persicus asceticus: Mataeologia Mohammedana s. de cognitione mundi ejusque fuga, auctore anonymo.
292. Carmina Turcica.
293. Liber Probitatis. Turcice. 266

295. Liber arabicus de ritibus et legibus Mahomedanis. 257
Alius tit: De gradibus cognationis et haereditatibus, auctore Badioddino; et Poëma turcicum, tradens institutiones theologicas
296. Fabula Turcica de Josepho et Zuleicha. 239
Principio codex, nitidissime exaratus, varias exhibet Mohammedis sententias, c. comentario turcico. Inde vero a fol. 23 offertur per intervalla, literis majusculis iisque miniatis, pars quaedam capitis Alcorani XII quod Sura Josephi inscribi solet, cum copiosa expositione turcica, quae tamen ultra versum capitis cit: 21 fol. 119. col. 2. propositum, non extenditur
297. Libellus turcicus, dictus Gulschen Anwar 269.
Auctore Jahja. Continet varias historias versibus turcicis descriptas aliaque lectu digna.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id471338966/91